



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

Index Rervm Qvæ Hoc Opere Continentvr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

R. A.
347-41
aritate, in Di
416.42
Ha caritas fra
419
mortua, tom
S.
nem opera
eruerit mibi
42.43
libi, & non
um est: reddi
71

INDEX RERVM

QVÆ HOC OPERE

CONTINENTVR.

Primus numerus designat paginam; secundus
numeros qui textui inseruntur, cum no-
ta litteræ n.

A.

Abnegatio sui.

EX Christi verbis serio commendatur. 878

Abstinencia.

Laudatur in P. Thoma Sanchez. 498

Accretio, vide Profectus.

Actus, vide Habitus, & opera.

Vires naturæ tria actuum genera superant. 230. n. 6.
Concursus Dei generalis in actibus. 240. n. 15. & 34. n. 2.
In supernaturalibus duplex: ordinarius. 39. extraordina-
rius 393. Idem momentaneus, & longioris durationis.
392. In raptu actus non infundi. 393. Infundi actum amo-
ris à Deo, tribus modis posse intelligi. 397. Voluptatem
pluris vulgo fieri, quam actum per quem ipsa generatur.
399. An Deus actum creare possit. 401. Deus supplere non
potest effectum operationis vitalis duplici de causa. 402.
Animales actiones ad virtutem non pertinere. 483. Ho-
minem teneri operari secundum rectam rationem. 490.
Actus laudabiles esse, qui regula rectæ rationis perficiū-
tur. 492. Opera augmentum mereri, etiam si actus super-
naturales ipsos habitus non exæquent. 505. 522. 542. &
553. Finis externus nouam actui bonitatem tribuit. 540.
Fines vari in vna act. one. ibid. Actionum varia genera.
856. Internæ præstant externis 855. & 857. Per actus exter-
nos internos fieri meliores. 866

Adam.

Index Rerum.

Adam.

Eius casus: prærogatiua; damna quæ incurrit per peccatum. 190. Quæ bona perdidit. 191. Eius in creatione status. non in puris naturalibus creatus est. 192. n. 4. Spoliatus. 193. Eius nuditas ibid. n. 5. vulnera. 195. per totum cap. 17. & 18. lib. 1.

Æternitas, vide vita æterna.

Status æternæ patriæ unde æternitas pendet. 374. Beatorum vita æterna probatur decem rationibus. ibid.

Affectus.

Schola affectus præfertur cognitioni. In præf. n. 15.

Ambitio.

Vituperatur. eius pœna. 21. nu. 1. & 26. nu. 6. & 27. nu. 7. Ambitio spiritualis damnatur. 28. nu. 8.

Ambulare.

Spiritualiter, quid sit. 334.

Amicitia, amor, vide dilectio proximi.

Vis amoris, & unde nascatur, sicut & desiderium. 162. Amat Deus in cœlo necessario, non ita in via. 375. Amor amicitia & concupiscentia satiat in cœlis. 371. 372. Ad perfectam beatitudinem amor requiritur. 362. Perfectio non consistit in amore concupiscentia. quomodo is bonus & sanctus sit. 409. Inter Deum & hominem vera amicitia intercedit. condiciones amicitia novem. 412. Amicitia commendatio. 599. n. 26. Amandi hominis præ ceteris rebus rationes & opportunitates. 657. Amicorum delectationes. ibid. Amoris vis in prosequendo bono cupito. 817. Eius merita non habent terminum in hoc mundo. 818.

Amor sui seu philautia.

Pellit ex animo Dei amorem. Nascitur nobiscum. 204. n. 12. Eius filia tres. ibid. & 310. Est peccati & carnis coniugum primogenitus. 310. & 311. Quæ mala pariat. 769. 771.

Angelus.

Angeli tutelaris verenda præsentia. 160.

Anima & animus, vide cor, & conscientia.

Eius

Index rerum.

Eius morbos obesse Perfectioni. 140. n. 13. Animi mores
sequi temperamentum corporis. 141. & 142. Animæ po-
tentia; appetitus intellectiuus & sensitiuus: isque duplex;
concupiscibilis & irascibilis 160. n. 22. Vide APPETITVS.
Eius morbi vndecim. 211. n. 18. Errores quinque de animæ
origine. 288. 289. Philosophorum sententiæ de animæ
immortalitate. ibid. Ex animæ potentia fluere potentias.
290. Vide POTENTIÆ. Anima in actionibus conspicitur.
ibid. Lumen rationis hominem, vt sol mundum, illumi-
nat. 292. Animam essentialiter vniri Deo, quid sit. 390. Pul-
chritudo animæ, iusti hominis exemplo declaratur. 658.
Anima est domus, templum, tabernaculum Dei. 686. Vi-
de DOMVS DEI, & TEMPLVM. Animi morbos esse curan-
dos. 777

Apes.

Ædificant templum sacræ Eucharistiæ in aluearibus. 687

Appetitus.

Duplex: intellectiuus & sensitiuus 160. n. 21. item ira-
scibilis & concupiscibilis quas passiones animi produ-
cant. ibid. In iis inflicta vulnera. 195. n. 6. Vulnera irascibi-
lis. 207. n. 15. concupiscibilis. 195. n. 17. Sensitiuus qua ra-
tione virtutem æmuletur. 278

Aqua.

Comparatur gratia aquæ & fontis. 261. & 636

Aristoteles.

In Euripum se dedisse præcipitem, scribit Gregorius
Nazianzenus. 164

*Arrogantia, vide ambitio, presumptio, &
superbia.*

B.

Beatitudo, vide vita æterna.

IN patiendo pro Christo viæ beatitudinem consistere.
343. Quæ beatorum operationes. 353. 354. Actus primus
beatificus est visio. in ea quatuor requiri, obiectum, po-
tentiam, vniõnem obiecti cum potentia 357. lumen
gloriæ. 359. Visionem eorum quæ in Deo sunt, cuiq; pro-
meri-

Index Rerum.

merito tribui: 353. n. 37. & 360. Oculo corporis Deum
deri non posse. 358. Beatitudinem necessario amari
Læritia beatorum: fructus cælestes. 377. vnde otianus
377. item laureolæ. Finis hominis quis & vbi
erat à beatitudine. 378. Regnum cælorum veritas
eius pretium. 380. 381. Vita æterna: bid. & quid pro expe-
pendendum 383. Præclara historia de animarum beati-
tudine. 383. De eadem sententia Henrici de Gandavo &
Ioannis à Ripa 388. Cur gaudium vocetur beatitudo
Possit in beatis suspendi gaudium per Dei potentiam, ut
putat Canus factum in passione Domini. 408. Viatum
beatitudo caritas. 435. Beatitudinis fructus. 437

Beneficium.

Beneficiorum à Deo acceptorum ordo triplex: qua-
dam generalia, particularia, quotidiana. 766. Triplex
partitiones. 767

Bona & Mala.

Triplicis generis bona dimittuntur consiliorum pro-
fessione. 56. n. 6. Tria bonorum genera in homine. 91. 92
peccatum originale tria malorum genera incurrit. 90. 91.

C.

Cacitas, cæcus, vide intellectus, & voluntas.

*Cælum, cælestis gloria, vide Beati-
tudo.*

DESCRIBITUR idea curiæ cælestis. 675. Cur Deus
tur esse in cælis. 676.

Cærimonia.

Cærimoniæ Religiosorum sine spiritu parum pro-
sunt. 82

Caritas, vide dilectio proximi.

Eius & scientiæ pulchra combinatio, in præf. 8. Pra-
ferenda est scientiis humanis: bid. n. 9. Eiusdem ius &
officia. 37. n. 12. Radix bonorum omnium. 60. n. 9. Miratur
propriis stipendiis, mercedem non expectat. 409. Eius vi-
maxime sublimis 415. Quid sit in ea Perfectionem con-
cipit.

Index rerum.

listere, 417. Sine ea ceteras virtutes non prodesse, illis esse maiorem, & cum ea ceteras dari, 416. 417. Attingit Deum perfectissimo modo quo potest in hac vita, 417. 418. Præstat reliquis virtutibus Theologicis, 416. Nobilior gratia, ac præstantior, 418. Est participatio diuinæ caritatis, 419. Quidquid gratiæ tribuitur, idem tribuitur & caritati, nos efficit Deo caros, ibid. Nos iustificat: est animæ vita: præseruat à peccato: discernit inter filios Dei & diaboli: facit Deum in nobis habitare, nullus sine ea saluatur, nemo cum ea perit, ibid. est radix omnium virtutum: est donum Dei omnium maximum, 420. Coniungit hominem cum Deo arctissime, 421. Amicitiam cum Deo conciliat, 422. n. 19. Declaratur per nouem amicitiae condiciones, 423. Per caritatem duos vnun efficit, ibid. n. 20. Benevolentiam inter Deum & hominem constare, ibid. Quæ benevolentiae diuinæ indicia, 424. Paucos diligendos præcipit caritas, 426. Amicos æquales reddit, ibid. & 428. Inducit voluntatum & iudiciorum conformitatem, & bonorum communionem, 430. Commodis non suis, sed alienis insistit, 431. Generat confidentiam, 434. Est viæ beatitudo, 435 & 437. Ei beatitudinis fructus respondent, 437. Insignia seu tituli caritatis, 437. Est finis legis, consiliorum, virtutum, 38. 439. Scripturatum, creaturarum etiam hominis, 139. Est consummatio præceptorum & consiliorum, 440. Vita virtutum. anima sine caritate similis est corpori mortuo, 441. infructuosa opera reddit fructuosa: satisfacit pro peccatis: meretur operibus bonis: comparatur soli & Filio Dei, 443. Rebus naturalibus vitam tribuit, 443. aliena facit sua, nullo aliorum damno: nos participes facit omnium bonorum, 444. est stimulus omnium virtutum, 445. Facit nos Deo similes, 445. comparatur igni: aduersatur omnibus vitiis: eius fortitudo, 446. Dicitur fortis vt mors: morte fortior: non inferior Deo quoad fortitudinem, 448. Vincit possessorem suum: est sibi auara, aliis prodiga, facit iugum Domini suauis, 449. iungit partes seu membra cum capite, & eadem inter se, 450. Miræ vnionum figuræ membrorum & capitis. maritat animam cum Deo, 451. Comparatur animus ceræ, caritas sigillo, 452. Homo per caritatem inferitur vt surculus corpori Ecclesiæ. Caritas vnit partes

Index Rerum.

inter se, 453. Excitat gaudium omnem humanum fel-
sum excedens, 455. unde oriatur hoc gaudium, 456. Quæ
caritas sit perfectio, 457. caritas triplex: incipiens, profi-
ciens, & perfecta, 458. Explicatur comparatione ignis et
lignis viridibus excitati, 459. incipiens non est perfectio,
460. Gradus eius quatuor, ibid. vnus infinitus, alter bea-
torum, tertius omnium iustorum, quartus perfectum,
461. Proficiens non est perfectio. duo officia caritatis per-
fectæ, 464. in hac includi mandatorum Dei obseruatio-
nem, 465. Quæ sit perfecta caritas, iudicio sanctorum Pa-
trum, 467. n. 41. Ab amando nemo debet excusari, 470.
43. Miræ illius laudes, 470. n. 42. Eam esse maiorem ma-
tyrio: homines similes Angelis reddere, 473. Perfectio
in ea consistere, 468. Eius thronus & ancillæ, 477. festa
& officia decem, 508. Caritati subinde à Scriptura tra-
ditio meriti tribuitur, subinde etiam aliis virtutibus, 514.
515. Crescit habitus caritatis omnium virtutum actibus.
In cælo virtutes omnes æquales sunt habitus caritatis,
515. In caritate gratia & habitus tantum crescunt, quan-
tus actus est quo meremur, 545. 546. non item in aliis vir-
tutibus, 545. Vtilissimum est omnia opera in finem cari-
tatis referre, 710. n. 79. & 711. Maxime idonea est ad destru-
tionem prauorum habituum, 847. 882. 884. Vnica caritas
sufficiens ad vincendas omnes tentationes, 880. Caritas
obedientialis quæ, 887. Iungendi aliarum virtutum actuum
cum caritate, ibid. & 882. Studium diuinæ gloriæ in om-
nibus actionibus adhibendum: esseque hoc debet primū
exercitium, 885. 886. Dignitas actuum caritatis, 887.

Caro.

Carnis incentiua molesta homini, 218. n. 2. Eius cog-
itium cum peccato, eius proles, 310. Eius sapientia, 311.

Castitas.

commendatur in veteri lege, 54 n. 562. n. 20. & in Eua-
gelio instituitur, 56. n. 6. Eius votum, 58 n. 7. B. Virgo Ma-
ria vouit castitatem, 62. Eius exempla, ibid. Eius commé-
datio in equitio Abbate, S. Tho. Aquinate, 268. Ignatio
275. Gregorio Nazianzeno, 269.

Cernuus.

Index rerum

Perfectionis symbolum, 53. n. 3.

Christus Iesus.

Imago Patris perfectissima, 16. n. 5. In eo omnes Dei Perfectiones repræsentantur, e quæ illa, sint, n. 6. & seq. in eius natiuitate, 17. n. 7. in vita, n. 8. in passione, 19. n. 9. Christi virtutes cum infinitis Dei attributis comparatæ, 18. n. 8. 19. n. 9. De Christo pauca esse scripta, comparatur a ceruo tritici, 18. n. 8. & malo granato, 19. n. 9. Christus quo modo Rex fuerit in hoc mundo tamen nomen Regis semper auersatus est, 25. n. 6. Triplici de causa à fomite peccati immunis fuit, 280. Nos esse in corpore Christi, 64. vide PASSIO CHRISTI. Quomodo Christus ubique esse dicatur, 678. Fideles esse membra corporis Christi, 714.

Cognitio sui & Dei.

Eius necessitas explicatur exemplo, & sanctorum Patrum auctoritate, in præf. n. 14. Primus fructus præsentis diuinæ, cognitio sui & Dei, 598. Eius præclarum exemplum, 598. fructus varij, 599.

Collatio spiritalis.

Eius forma & partes, 902. Præcepta varia eiusdem, ibid. & seq.

Complexio naturalis, vide corpus

Complexionem bonam virtutis functionibus suffragari eius & temperamenti differentiam, 141 & 142. Eius natura describitur, ibid. varæ cõplexiones, 143. n. 14. & seq. Sanguinea seri simillima, 144. Melancholia sedimentum & sex sanguinis, ibid. Vitia complexionis sanguineæ, 148. n. 16. & seq. cholericæ, 150. n. 17. phlegmaticæ, 151. n. 18. melancholicæ, 152. n. 19. Complexionum mixtionem, 155. Mala complexio obest studio Perfectionis, 156. ad eius correctionem ac mutationem duo requiri, 172. n. 27. & seq. Deteriorem per gratiam restaurari, 276. & seq. Affectiones prauæ ex cõplexione ortæ, 221. n. 27.

Comprehensio.

In quo consistat in statu beatifico, 362. duo in ea requiruntur, 363. Vt differat à visione, 364.

XXX 4 God-

Index rerum.

Concupiscentia.

Radix omnium malorum, ad tria capita reuocata
60. n. 9. Remanet ad probationem, 185. n. 35. Eius imma-
nitas, 210. n. 17. vide APPETITVS, ET C A R O. Concupi-
scentiæ fomite sine speciali priuilegio carere nemini,
267. An supprimi possit omnino, & quibus rationibus,
ibid. per totum caput, 23. vide P A S S I O, & F O R M A
erit se, quando datur occasio motibus peccatorum,
Præuertit rationem, 279. Vocatur peccatum, 300. non
semper censetur dominari, ibid. Eius effectus atque
commoda, 841. 842.

Confidentia vide, fiducia. Conscientia.

Est timenda, 588. Recens & rarum huius rei exem-
plum, 581. Censori similis est, 758. Quadruplex: dura, fi-
gida, carnea, tenera, 759. Viri sancti facile cognoscunt
conscientiæ suæ statum, 770. Conscientiæ examinanda
ratio, 772. Conscientia domus quædam & officina, 874.

Consilium.

Praua consilia nocent priuatis & publicis rebus, 215. n.
25.

Consilia Euangelica.

In veteri lege insinuat ac suadet castitas, 54. n. 3.
Formula ac norma vitæ perfectæ à Christo insinuat, 58
n. 6. Bona triplicis generis dimittuntur consiliorum pro-
fessione, vt paupertas voto etiam confirmata, 56. n. 6. A-
nania & Saphira ob votum violatum puniuntur, 57. n. 4.
Castitas & obedientia suadentur, n. 7. Consiliorum optima
ad Perfectionem assequendam maxime idonea, 515.

Consolatio, vide gaudium.

Datur in laboribus & tribulationibus pro Christi-
sceptis, 953. 954 & sperantibus in domino. ibid. Non est
certa expectanda in hoc mundo, 957.

Constantia, vide fortitudo.

Seruanda in susceptis exercitiis spiritualibus, 904. n.
60.

Index rerum.

Consuetudo.

Est valde impotens, & quasi secunda natura, 219. n. 25.

319.

Contemplatio,

Per contemplationem in deo versamur, quod Elzearii exemplo declaratur, 637. Per eam in deo sumus instar auium in aere ac sole degentium, 642.

Conuersiones.

Benedicti de Goetz, 46. n. 14. Catharinæ Godinez, 69. n. 13. Ioannis Nunni, 68 & alterius adolescentis, 66. n. 13. Ad conuersionem duo requirit, imutationem voluntatis & intentionis, 172. n. 27. & seq. Bonifacius mutatur in alium virum, 177. n. 29. Leo S. Gerasimi mansuescit, 178. lupus S. Francisci, 179. n. 31. Dauid latro, 181. Babylas mimus, 183. n. 33. Iason Maynus, Michael Stenus, 184. n. 34. Potamius Episcopus Brachiensis, 774.

Cor,

Anima quatuor partibus vtitur ad conseruationem vitæ: corde, hepate, cerebro, pulmonibus. quid hæc spiritualiter significant, 327. & seq. n. 20. Cor durum quid, 760. Cordis puritas destruit prauos habitus, 848.

Corpus.

Difficultas seruiendi deo ex parte mortalis corporis, 112. n. 1. Eius temperamentum & complexionem conuenientem inancisci, singulare esse beneficium, 113. n. 2. & 114. n. 3. Deum in utero matris concurrere speciali providentia in formandis corpore, eius partib. temperamento & complexione, 115. n. 3. probatur in Adamo & Eua, ibid. in Abrahamo, ibid. Isaac, Iacob, Moyse. 116. in Iob, n. 4. Dauid, 117. Salom. Ioãne Baptista, & aliis, 118. probatur id rationib. n. 5. vide TEMPERAMENTVM. Corporis gloriosi qualitates in cælo requirunt in via aliquam proportionem, 120. Corpora indigent auxilio supernaturali secundum tres status, ibid. & 121. 5. n. componitur ex quatuor elementis. 123. n. 7. Qualitates primæ, 124. Sensus corporis, vide SENSVS. Quomodo formetur in utero matris, 142. n. 14. Corporis necessitates tē

Xxx 3 pus

Index rerum

pus ad bene agendum in se precipiunt, 20. Ciborum et
Corpora quomodo æternum victura dicantur, 348. qui
ratione vivant spiritualiter, & inde æternaliter, 334. n. 27
Corporis morumque compositio. 614, 615.

Correctio fraterna & inferiorum.

Commendatur correctio inferiorum & fraterna locis
tempore. 872

Corvus.

Corvorum qualitates, & quid significant, 760. Emittit
ex arca non redit. ibid.

Create.

An initio rerum omnia simul creata. 72. 73. n. 1.

Cruz.

Crucis symbolum baculus Davidis contra Goliath, 69
Constantinus virtute crucis, quam in labaro gestabat, re-
storias reulit memorabiles: contra Maxentium 1024. con-
tra Maximinum, ibid. contra Licinium; Imperatores 1027
Theodosius item contra Eugenium tyrannum. ibi. &
1028

Idem fecit Osualdus Anglorum Rex contra Regem
Britonum impium. 1028.

Cultus diuinus.

Est promouendus, etiam exterior. 872

D.

Damon, Diabolus.

Quod potens sit ad nos tentandos; eius insidia. 219. n.
26. Tentat Ruffinum de prædestinatione, 221. n. 27.
Quæ pati paratus sit, ut ius beatitudinis perditum reco-
peret, 923

Damnati

Damnatorum vita non est vita. 339. vocatur mors secunda
340. 341. An credant 936

Defectus, vide peccatum, & vitium.

Interni defectus non facile cognoscuntur, 806. maxime
807.

Index rerum.

à tironibus, 806. à solitariis. 807. subditis, ibid. Præsid b.
808. Capitales defectus in primis euellendi, 784. 882. 890
906. vicissim sunt exterminandi. 890. 910. Quotidiani de
fectus exagitandi, 911. subinde plures simul, ibid. Perfe-
ctos non carere defectibus, 915

Delectatio, vide Gaudium

Desperatio.

Vnde nascatur, & eius damna. 990. 997.

Deus.

Vn^o omni ex parte perfect^o 1. n. 1. Est esse per se subsistens
esse rerum omnium. n. 2. Est virtus tota & vniuersalis ef-
fendi. n. 3. Est causa ad quam ceteræ ultimo referuntur. 4.
n. 4. Est causa efficiens rerum omnium. n. 5. In eo res om-
nes eminenter continentur. n. 5. Est purus actus. 9. n. 6.
Est finis suus. 10. n. 7. Est exemplar Perfectionis. 17. n. 1.
Homo dei imago, ibid. Deus architectus rerum omniū
4. n. 4. Honorem soli deo deberi, & merito, 24. n. 4.
Deus lubenter versari dicitur cum humilibus, declaratur
apta similitudine, ibid. n. 5. Cum submittere se & obedire
non possit, se hominem fecit, vt id præstaret, 16. n. 6. Est au-
ctor Perfectionis, 33. toto cap. 4. Format hominis corpus
in utero matris, 33. n. 1. Est auctor naturæ, ibid. operum no-
strorum, 34. n. 2. & 45. n. 14. & 50. n. 1. Vult omnes esse per-
fectos, ibid. n. 1. Offert hominibus plurimas commodi-
tates, ibid. per totum cap. 5. Dei misericordia in conuersio-
ne Benedicti Goetz, 46. n. 14. Dei perfecta esse opera, 71. n.
1. per totum cap. 6. Dei & architecti differentia in operando
71. n. 1. Dei solius operationes perfectæ, 74. n. 2. Operum
Dei quædam nociua videntur. 58. n. 4. Dei opera perfecta
si ornatum spectes vniuersi, 78. n. 5. Singula Dei perfecta
opera, siue quæ per se, siue quæ per causas secundas facit
80. n. 5. Eius sapientia in creaturis elucet, 83. n. 7. Deus ne-
cessario amatur in patria, non ita in via, 375. Dei præsen-
tia, vide PRÆSENTIA DEI. Notitia de Deo ex
præsentia diuinæ apprehensione oritur, 598. Deus mari
cõparatur, 632. Deus est in rebus omnibus tribus modis:
per essentiã, præsentia, potentiam. 620. Deum non esse a-
nimã mundi, sed quid præstãtius, 625. esse lumen infinitũ

Index Rerum.

omnia penetrans, non tamen exclusum. 628. Rationes quibus in Deo esse censetur. 629. 632. Deus operatur in omnibus creaturis. 645. Cur in cœlis esse dicatur, cum sit vbique. 675. Idea diuinæ Maiestatis regnantis in cœlo. ibid. deus spectator & remunerator omnium laborum, certaminum, & operum. 701. Magna solatio esse debere, à Deo videri labores nostros. 703. Hæc consideratio inflamat animos pugnantium; Deique vires iisdem subministrat: exempla Iob, Tobæ & aliorum. 704. 705. Videt Deus etiam ignauios, & punit. 708. eique vindictæ loco, seruiunt omnia cœmentia, 709. & bestia. ibid. Ad Deum omnia opera referenda. 710. Huius exercitii eximie utilitates. 711. addit allegoria Eliæ Deū contra Baal inuocantis 712. Superioribus agnoscendum & honorand. 713. In iis Deus est, imo & in subditis, vt Rex in suo regno per potentiam. 714. 715. In illis Deus videndus exemplo Carthaginiæ Senensis. 716. Ex intuitu filiorum Dei, magnam permanere lætitiã spiritualem. 737. Deum de nobis perpetuo cogitare. 837.

Diabolus, vide Dæmon. Diffidentia sui.

Viribus debet homo diffidere ob tentationes molestas. 185. n. 6. Est pars virtutis spei. 958. Laus & utilitates eiusdem. 981. 982. eius necessitas ad res bene gerendas. 184. 985. Iungi debet spei, alioquin desperationem generat. 989. Magna & ardua perficit, & hominem reddit omnipotentem. 992. & totis capitibus. 40. 41.

Dilectio proximi.

In ea partem Perfectionis esse reponendam. 467. Proximus affectu diligendus. ibid.

Diligentia, vide Negligentia.

Necessaria est ad motus & peccata vitanda. 252. 287.

Diuitia.

Sunt fallaces. 963.

Domus Dei, vide Templum, & spiritus.

E.

Eminenter.

VNum in alio eminenter contineri quid, s. In Deo omnia eminenter inueniri. ibid. Errat

Index Rerum.

Error.

Magnum in homine malum, 195. n 7

Essentialis unio.

An possit esse animæ unio essentialis cum Deo, 390. Animam Deo uniri essentialiter, quid, ibid. Tribus modis id fieri posse, ibid. Naturam diuinam non uniri essentialiter, animæ, probatur, 394. Actum amoris infundi à Deo in animæ essentialiam, tribus modis posse intelligi 396.

Eucharistia, vide sacramentum.

Cibus animæ est, 319. Multum promouet Perfectionem, 316. Nobis Deus præsens est in Eucharistia, 684. Vtile est orare coram Eucharistia, 685. & quæ reuerentia requiratur, 686. Eucharistia templum apes exstruunt in alucaribus, 687. 688. Eucharistia gladio Goliath comparatur, 892. Eius vsus utilis cum studio mortificationis, ibid. Eius utilitates, 894. Reuerentia & deuotio P. Thomæ Sanchez erga sacram Eucharistiam, 928.

Examen.

Triplex: generale, particulare, atque hoc duplex, 756. Examinis tres species, 760. prima columbæ comparatur, 761. secunda & tertia explicatur, 762. Examinis generalis necessitas & utilitas, 763. Eius partes quinque, 677. vsus, 767. Modus examinandi conscientiam, 772. Examinis particularis utilitas, 776. Examen secundum cur particulare vocetur, 778. Vnum tantum in examine particulari vitium esse prosequendum, 778. Examinis particularis formulæ tempora tria, 785. Tép^o matutinū, 786. In examine pro defectibus sibi pœna imponenda, 789. Tempus meridianum & vespertinum, 791. Vltimo septimanæ die recollectionem esse faciendam, ibid. Examen tertium, quo vitiosi habitus euelluntur, & virtutes inseruntur, 792. Examinis generalis figura, 793. item particularis, 794. Quædam desiderari in examine particularis formula, 795. Necessitas examinis particularis secundi, quæ in ratione dati & accepti obseruanda, 896. Tria examina in vnum simul concurrere, 897. in tertio oppugnandi præcipui defectus, 906. 707. cauenda negligentia, 907. quædam scripto annotanda, 908. Magister peritus adsciscendus, qui dirigat, 903. Recollectio diurna frequens, 904. Propositi

Index rerum.

constantia, ibi. Rectitudo intentionis, 905. Digno sermone
varii motus 908. Sigillatim vitia exigenda, 910. Quomodo
an defectus exagritandi, & quomodo plures simul, 910.
Proficientium proficiendi modus, 913.

Exemplum.

Exempla malorum magnam vim habent, 277. n. 44.

F.

Feruoꝝ

INitio adhibendus quærenti Perfectionem, in præ-
In. 13. Auget meritum, 531. 332. Feruoꝝ causæ duæ, &
pulchræ similitudines, 533. Cautio in feruoꝝ, 532.
532. Vtilitates feruoꝝ, seu actuum intensorum, 542. præ-
eum caput 38. Insignis feruoꝝ S. Elzearii Comitis, 611. Re-
cepta quædam ad feruoꝝ excitandum, 816. Quo modo
re quærenda Perfectio sit, 818. Destruit prauos habitus,
847. Modus acquirendi feruoꝝ; & quomodo nempe
possit excusare, 889. Feruoꝝ nunquam remissus in P. Tho-
ma Sanchez, 931

Fides.

Fidei necessitas, 324. Eius vsus & non vsus, 325. Fidei
cognitio aliquando caritatem præcedit, aliquando sequi-
tur, 591. 593. 597. n. 25. Constante fides profutenda, 871. Fides
quid. Eius praxis, 933. & 952. Eius cognitio obsecra-
ta tamen, 932. Ex vno articulo fidei multa in praxim
deducenda, 933. Paucos esse qui fide vtantur, non videntur
beati, damnati, pueri, amentes, hæretici, infideles, politi-
ci, quorum simulatio detegitur, 936. & sequi. Christiani
multi raro vtuntur; multi sola phantasia, aut humani
rationibus: quod exemplis sit manifestum, 939. & sequi.
Exhortatio qua suadet ne humanis in agendo ratio-
bus moueamur, 943. Vfus fidei æque familiaris sit ac ob-
mentorum, 945. Lucet nocte ambulanti, ibid. Emol-
menta praxis fidei, 946. 947. Fidei praxis rationibus suade-
detur. 947.

*Fiducia in Deum, seu Confidentia, vide
Spes, & Fides.*

Fidenti in Deum promittitur omnipotentia 248. n. 24.
902. & totis capitibus 40. 41. Necessaria est ad prauos mo-
tus

Index rerum.

ius excludendos, 284. Eius diuersi gradus, 1009. Grano si
napi comparatur, 1007.

Finis hominis.

Quis, & vt differat à beatitudine, 202.

Fomes peccati.

Caruit fomite B. Virgo, & omni peccato, 239. 267. An pos-
sit extingui, 267. per totum caput 23. Fomitis extinguen-
di rationes tres, 277. Christus triplici de causa caruit fo-
mite, 280. Gradus ad debilitandum fomitem, 280. 281

Fortitudo animi, vide caritas.

Hanc iuuat resolutio ad bene agendum eius effectus
780. Etsi contingat hominem labi. Ix pius, non ideo abii-
ciendus animus, 781. Quæ sit hominis in caritate existen-
tis fortitudo, 448.

Franciscus Borgias.

Ex rebus omnibus conceptus spirituales eliciebat, 650.

Fructus.

In cœlo reddentur alij centesimus, alij sexagesimus, 2-
lij trigesimus, 377. Vnde oriatur, ibid. Fructus præsentis
diuinæ varij, 594.

Fundatores ordinum

Videre internas cogitationes & intentiones suorum Re-
ligiosorum, 577.

G.

Gaudium seu delectatio.

Est animi passio, 161. Eius vis, 163. In delectatione Perfe-
ctionem non consistere, 405. nec beatitudinem, 407.
Gaudium excitari à caritate, quod omnem sensum super-
rat. vnde oriatur, 640. Lætitia spiritualis, fructus præsen-
tis dei, 413. 434. Quæ Lætitia spiritualis nascatur ex cōspectu
filiorum & seruatorum dei, 717. Voluptas in æterna maxima, 854.

Gloria vana, vide vana gloria.

Comita in Beato Ignatio, 275.

Gratia.

Quæ præcedat iustificationē, 39. 40. n. 7 & seq. Volūtas eidē
repugnat. n. 8. Est duplex: sufficiens. 41 n. 9. &
efficax. n. 10. Hæc à nullo corde duro respuitur.

Index rerum.

43. n. 20. Libertas saluatur cum gratia efficaci. n. 21. Et
in nostra potestate, habere gratiam efficacem, n. 22. Gra-
tia cooperans quæ, n. 13. Habitus gratiæ & virtutum ne-
cessarij, 48. n. 15. Sine gratia impossibile est hominem pe-
fici, 49. n. 17. Gratia sanari intemperiem, & prauam com-
plexionem, 167. n. 25. & seq. Insignes gratiæ effectus, 49.
peteriorem complexionem restaurati gratia, exemplis
demonstratur, 176. n. 29. per totum caput, 16. Gratia per
oleum designata, 226. n. 7. & 2. Gratia nomen, ibid. 16.
Cur dicatur vita æterna, 227. Tres eius notiones, 14.
Gratia non indignis data quæ, ibid. quæ indignis: nostra
nostra gratia vocantur, 228. Gratia æterna, ibid. n. 18. & 19.
temporalis, 229. Gratia gratis datæ, & earum finis, quæ
ibid. quid gratia specialis, 230. n. 5. Gratia prærogatiua,
9. 231. Sine gratia speciali præcepta seruari non possunt,
nec tentationes superari, 232. 234. Auxilium generis
quid, 240. n. 15. Gratia specialis officia, 241. primum per-
uenit conatus nostros, ibid. n. 17. illuminando peccatores,
ibid. iustos, 242. consolando, ibid. Gratia excitans quæ
ibi. adiuuans, & eius officium, 243. Gratia sufficiens, 244.
ex parte intellectus, ibid. voluntatis, 245. Sufficiens dare
omnibus, ibid. Cum ita vocetur, 247. n. 20. efficax ut dis-
ferat à sufficiente, 249. n. 21. Gratia efficacis effectus dicitur,
851. Gratia operans, ibid. & cooperans, 252. Gratia habi-
tualiis tituli: vestis vocatur, 252. n. 23. Gratiam habitualem
esse in essentia animæ, & dare vitæ spirituali esse di-
uinum, & ex ea oriri habitus, 261. n. 25. esse formam ani-
mæ, seu vitam spiritualem, 255. est vita animæ, ibid. per
eam nos deo caros effici. efficiuntur filii dei, & heredes
256. excludit peccatum. ibid. est causa iustificationis. So-
dem in anima nostra deo præparat, 257. corpora nostra
deo dedicat, ibid. est thesaurus incomparabilis, 258. me-
tationes in animo mirabiles inducit: item in corpore, 259.
fonti comparatur, 261. n. 25. & quidem aquæ viue, 262. &
salientis, ibid. & perennis, 264. A gratia fonte quatuor in
animæ potentias fluiui deriuantur, n. 26. Arbori compa-
ratur, 266. Gratia actualis miris modis hominem exci-
tat, 331. Vita gratiæ est vera vita, 342. n. 3. est beata, 344.
terna, 345. Gratia habitualis remanet in patria, 350. Auxi-
lium & concursus dei in actibus supernaturalibus, dupli-

Index rerum.

Ordinari² iā duplex: alius momōtaneus, ali⁹ longioris dū
ratinis, ibid. Perfectionē non consistere in auxilio super-
naturali, 397. Collatio gratiæ & caritatis, 418. Gratia nos
Deo facit gratos, iustificat, est animæ vitā, præferuat à pe-
ccato, Deum in nobis facit habitare, separat filios regni
à filijs perditionis, est omnium donorum maximum,
419. Coniungit hominem deo arctissime, 421. Amicitia
cum deo conciliat, n. 19. Condiciones veræ amicitia
nouem inducit, 423. Indicia quibus homo cognoscitur
esse in gratia, 424. Gratia & virtutes in prima iustificatio-
ne dantur in eodem gradu, 520. Illa augetur nostro labo-
re, 521. Opera minus intensa quam habitus augent gra-
tiam, 522. 543. Quando operum præmium reddatur, 522.
Actibus virtutum augetur gratia, 523. Ad augmentum
gratiæ valent operis præstantia & actuum intensio, 542.
Omnis actus iusti auget gratiam & habitum virtutis, et-
iamsi remissus, ibid. Qua ratione crescat gratia, & quot
gradibus, 543. Meditantibus necessaria, 639. An gratia ef-
ficax sit causa efficiens negotiationis, 871. Sine ea vitia de-
strui non posse, nec acquiri virtutes, 988.

H.

Habitus.

Habitus virtutum supernaturalium ac gratiæ necef-
sarij, 48. n. 15. Infunduntur cum gratia, 98. n. 10. Coni-
parantur cum toga polymita Ioseph, ibid. Crescunt per
actus, 99. & 100. n. 12. Quomodo euellantur præij habi-
tus, 287. Non sufficiunt habitus virtutum, etiā intensi
ad impediendum motus fomitis & tentationes, 277. O-
pera mereri augmentum, etsi actus minus intensi sint
quam habitus, 504. 522. 542. 553. Crescit habitus caritatis
omnium virtutum actibus, aliarum autem virtutum non
aliter quam proprio, 524. Qua ratione crescant habitus
gratiæ & virtutum per actus etiā remissos, 543. & quot
gradibus, 544. 545. Crescunt virtutum habitus iuxta ac-
tuum latitudinem, 545. Modus operandi ex tota latitu-
dine habitus, 547. 553. Habitus ex actibus enasci & auge-
ri, 839. Pravorum habituum tres radices: concupiscen-
tia, 841. complexio praua, & consuetudo, 842. Duplici ra-
tione prauos habitus propelli: cessatione, 844. actibus

con-

Index rerum.

Contrariis, 846. Allegoria Sifara id probatur, ibid. Quae virtutes concurrant ad destructionem pravorum habituum, 847. Virtutis actus oppositum vitium destruit, 848. Ratio euellendi prauos habitus, 882. 885. Pravi habitus fundamentum virtutum impediunt, 909. Qui vitium oppugnat, virtutem acquirit contrariam.

Homo.

Imago Dei, II. n. 1. Eius formatio in utero matris, 144. 147. Quid per peccatum originale perdidit, 189. n. 2. Minem in puris naturalibus non esse conditum, nec ordinatum ad finem naturalem, 192. n. 4. Quibus spoliatur per peccatum originale, 193. n. 5. Curiose peccata alia considerat, sua negligit, 200. n. 9. Quis finis hominis differat à beatitudine, 378. Cur homo præ ceteris creaturis amandus. 657. Homini interni domus & recessus 851. & seq. Variæ hominis actiones, 856. Internæ conuersatio hominis describitur, 852. Est causa feruoris externi, 860. Qui toti externi sunt, parum proficiunt. 861.

Honor.

Honorem soli Deo deberi, 23. n. 4.

Hostis.

Hostes spirituales omnino esse sternendos & vitia destruenda, 797. Homini hostes sex recensentur, 994. & seq.

Humilitas.

Eius necessitas studiosis, etiam mysticæ scientiæ in prof. n. 17. Deus humilibus semper adesse dicitur, & pulcherrimè similitudine ostenditur. 24. n. 5. Humilitatis necessitas, 25. n. 6. Iusta humilitatis materia & causa. 188. Est soror mortis, 607. Nascitur ex præsentia dei, 607. Si vitium humilitatis in P. Thoma Sanchez 927. Nullum vitium superari posse sine humilitate 988.

I.

Iesus Christus, vide Christus Iesus.

B. Ignatius Loyola.

Eius castitas eximia, & victoria contra ceitodoxie vitium. 275.

Ignorantia.

Ignorantia superbiæ mater, in præf. n. 8. Saepe homi-

Index rerum.

hes ignorantia delinquere, vt patet in Iudæis, 171. In ho-
mine magnum malum. eius multi gradus, 195. n. 6. & seq
Ignoratio finis vltimi, mediorum, rerum naturalium. 196
197. Ignorantia sui, 199. n. 9. Aiorū curiosa indagatio & co-
gnitio vitiorum, 200. n. 9.

Imago, vide Christus.

Homo Dei imago, 11. n. 2. quomodo id per naturam, quo-
modo per gratiam, 12. n. 2. si deformatur, qua ratione re-
stauretur, 11. n. 1. Lex naturæ & vetus quomodo imago
diuinarum Perfectionum, 14. n. 3. Per imagines Deum no-
bis præsentem reddimus, 680. Sunt libri idiotarum & do-
ctorum, ibid. Forma orandi ad imagines, 681. S. Antoni-
nus eleuatus ad latus crucifixi, ibid. Alia miracula. 683

Imitari, Imitatio.

Perperam imitantium Dei Perfectiones formula, 21. n. 1.

Videndum quid in aliis imiteris, 919.

Imperfectio & imperfecti

Imperfectio quid, & vnde imperfecti dicamur, 3. n. 3. & 8.
n. 6. Imperfectiones alienas videmus, non nostras. 200. n.
9.

Inactio.

Sententia de inactione exponitur, 387. Quid sit, ibid. Ina-
ctionem non esse actum creatum, 400. nec increatum,
402. Inactio hæc septem modis fieri potest, 403. Ecclesia
neminem excitat ad inactionem. illa, quia incognita, nō
potest proponi vt Perfectio, 405.

Infirmitas

Spiritualis, est propensio ad malum, difficultas ad bonū,
205. Vide PECCATVM ORIGINALE.

Intellectus.

Vulnera, error, & ignorantia, eaque varia, 193, & seq. Eius
cæcitas magnum malum, 201. n. 10. & 203 n. 11. Est dux
viæ, voluntatis, ibid. duplex in homine cæcitas, 204. For-
mat sibi spirituales conceptus ex rebus omnibus, 653

Intentio.

Intentiones cordium à deo videri, 567. Bona intentio
actibus formam & dignitatem confert, 822. Qualis
est

Index rerum.

esse debeat initio, 823. in medio & fine actionum, 823. Mala, bona intentione non sunt bona, 824. Intentio triplex, ibid. Temeraria, & eius incommoda, 825. Generalis, 826. Fraudulenta, 829. Malitiosa, 830. Depravata, 834. Opponitur simplicitati, 835. Recta & specialis, eiusque fructus, 836. Exercitium rectæ intentionis primum omnibus præmittendum, 885. & 905.

Ioannes baptista.

Vnus ex magistris vitæ perfectioris, 62. n. 10. Vocatur à deo in utero matris; cum usu rationis sanctificatur, 64. n. 11.

Irâ.

Ex bili nascitur, 150. n. 17. Est passio animi, 161. Eius vitia, 164. & 208. n. 15. Vide APPETITVS IRASCIBILLIS

L.

Laborare, labor.

Præclaræ res non sine labore acquiruntur, 41. n. 10. Olympicis hoc declaratur; ibid. Laborum præmia mundanorum, 414. Magno esse solatio, labores nostros à deo videri, 703. & remunerari etiam in hoc sæculo, 708. Continuo labore tandem agrum incultum conscientie expurgari, 779.

Letitia, vide, Gaudium. Laureola.

Quibus dentur in cælis, 202.

Lex.

Lex naturæ & vetus quomodo diuinarum Perfectio- num imago, 14. n. 3. Lex vetus vocatur peccatum, 15. n. 4. Est imperfecta, 81. n. 6. Lex naturæ unde oriatur, 292. Legum primum principium bimembre, 293. Leges ab vniuersa ductæ, ibid. ab honesto duplices, 294. Leges quas peccatum regnans in nobis edit, promulgat; & exequi facit, 295. Quas leges ferat sapientia, 327. Legis finis caritas, 438.

Liberalitas.

Commendatur in S. Francisco, Bernardo, & Siluestro, 272. in Serapione, 273.

Libertas

Saluatur cum gratia efficaci, 43. n. 11. Præua natura

Index rerum.

complexio non tollit libertatem, 14. Eam labefactat peccati regnum & dominatus, 300. Auget meritum, 334.

Lingua, Loqui.

Quomodo loquendū, 612 quibus de rebus, 613. In sermone vitanda iactantia & arrogantia, n. 35. In conuersatione qualis sermo esse debeat, n. 36. Interna animæ cum Deo locutio, 691. Lingue coercendæ difficultas, 869. Sermones debent esse sensati, 870. Moderatio linguæ in P. Thoma Sanchez, 927

Ludus.

Quinque ludi Olympici declarantur, 411,

Lumen.

Luminum spiritualium varia genera fidei, 324. sapientia, 326. prudentia, 330. actuale, n. 24. Lumen gloriæ ad beatificam visionem necessarium, 359. Non deesse lumina ac consilia in tentationibus, aliisque rebus agendis si advertere vellemus, 332. Quomodo Deus sit lumen infinitum per omnia diffusum, 628. 629

M.

Machiauellus.

Præcepta scholæ Machiauellistica, 309. Qui eo utantur, 937.

Magister

Seu director spiritualis deligendus est, 903.

Malum, vide Bonum.

Mandatum, vide præcepta.

Maria Dei Mater & Virgo

Vt Præses palestræ Perfectionis colenda, in præf. n. 48. Magno miraculo conuertit Benedictum de Goetz, 46. n. 74. Vocat ad Societatem Ioannem Nunnum, 67. n. 13. Voluit ipsa castitatem, 62. n. 70. Catuit fomitem, & omni peccato, 239. 267. Quomodo fomes ligatus in B. Virgine, 277. n. 29. Oranti Patri Thomæ Sanchez soluit linguæ impedimentum, 925. Erga ipsam eiusdem pietas & affectus,

Yyy 928

928.

Materia

Omnino ex se imperfecta. 8. n. 6.

Medicina & medici.

Eorum vsus necessarius: à Deo institutus. 129. n. 11.

Meditatio, vide Contemplatio.

Hepati comparatur, eius necessitas & vis. 333. n. 35. In-
tatur subsidio diuinæ gratiæ. 639. Ex profanis rebus
licienda spiritualia. 647. & ex rebus omnibus. 648. In-
dus & exempla ponuntur. 649. Flos inducitur Deum la-
dans. 651. Animalibus ruminantibus comparatur. 663.

Merces, vide Præmia.

Meritum, mereri.

Quæ opera mereantur augmentum gratiæ. 497. & seq.
quæ non 476. & seq. Singulis operibus in hoc mundo il-
lico reddi mercedem. 517. Quæ meritum augeant, octo
traduntur. 527. vitæ sanctitas in primis. ibid. Duo in bo-
no opere à Deo spectari. 528. Operibus nostris responde-
re mercedem per modum iustitiæ distributiæ. 529. Con-
tinuatio non facit actum intrinsece meliorem. 530. Fer-
uor auget meritum. 531. 532. Actus intensi, seu feruoris,
causæ duæ. 232. feruoris ac meriti pulchritudinis similitudines.
533. Libertas auget meritum, vti opera ex voto & tota habet
latitudine facti. 534. Opera ardua ac difficilia, difficultas ex
quatuor capitibus oritur. 535. Auget etiam liberalis & pro-
fusa operatio. 537. Quod optimū operationis genus. 539.
Quanta merces singulis operibus reddatur, & quot gradi-
bus gratia ac virtutes augeantur. 542. Meriti condiciones.
543. Computatio magnæ mercedis operantium ex tota
latitudine habitus. 547.

Miracula.

Subinde miracula fieri à peccatoribus & impiis. 1010.
